Joan. de turre cremata ſuper toto Decreto.

Cõmentaria reuerendi in chriſto

patris dñi Joānis de turre cremata ordinis fra-
trum pdicatorum: Sabineñ. epi: ac ſacroſancte Ro-
mane eccleſie preſbyteri Cardinalis meritiſſimi
tituli ſcte Marie trans Tyberim: vulgo dicti ſcti
Sixti: Juris pōtificij: ac ſacre Theologie Inter-
pretis acutiſſimi: ſup toto Decreto: Et primo ſup
diſtinctiōibus: haud ſine exactiſſimo labore reco-
gnita per iuris vtriuſq; famoſiſſimū pfeſſorē dñm
Nicolaū boherium: regiū conſiliariū: & ſenatus bur-
degalenſis preſide: qui additiones edidit: & ſumma-
ria ante capitula et paragraphos apponi curauit
cum repertorio examuſſim concinnato.





¶ [illegible] commentaria Joannis de Turre cremata ſuper toto Decreto [illegible]

Cum gratia et priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

FRancoys par la grace de dieu roy de france. Aux prevoſt de paris Seneſchal de Lyon et a tous noz aultres Juſticiers ou a leurs lieuxtenans ſalut. Noſtre ame et feal conſeiller et preſident en noſtre court de parlement a bourdeaulx maiſtre Nicolas bohier. Nous a faict dire et remonſtrer: quil ſeſt deſpieca applique a mettre en bon ordre additiōner ⁊ cōmēter le liure de Turre cremata ſup decreto. Et selō ſa correction ordre ⁊ addition le a baille a Simon vincēt libraire de Lyon qui a faict les moules pour le imprimer. Lequel noſtredict cōſeiller ⁊ preſident deſireroit icelluy neſtre imprime iuſques a quelque temps par aultre que par ledict Simon vincēt Affin que les grans fraiz miſes ⁊ vacations que fur ce a cōuenu faire: fuſſent aulcunemēt recompenſez. Mais il doubte que aultres libraires voulſiſſent imprimer ſans cōge ne permiſſion de luy ledict liure ſelon ſes additiōs ordre ⁊ cōmentatiōs ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu ⁊ ſubuenu de noſtre grace prouiſion et remede conuenable: humblement requerant icelles. ¶ Pourquoy nous ces choſes cōſiderees inclinans a la ſupplication ⁊ requeſte de noſtredict cōſeiller et preſident. Auons voulu permis ⁊ ordonne: voulons permettons ⁊ ordonnons que aultre que ledict Simon vincent ne puiſſe aulcunement entreprendre dimprimer ne faire imprimer ledict liure de Turre cremata ſup decreto: ſelon les additions ordre et correction que y a mis noſtredict cōſeiller et preſident iuſques a troys ans prochainement venant. Si vous mandons cōmandons et enioingnons et a chaſcun de vous ſur ce requis endroit ſoy ⁊ ſicomme a luy appartiendra: que de noſtre preſente grace permiſſion ⁊ octroy: vous faictes ſouffrez et laiſſez noſtredict cōſeiller ⁊ preſidēt ledict Simon vincent ou aultre qui aura charge de luy iouir ⁊ vſer plainement ⁊ paiſiblemēt. En faiſant ou faiſant faire expreſſes inhibitions et deffenſes de par nous. A toutes perſonnes quelz quilz ſoient: quilz naient pendent ledict temps a imprimer ledict liure ſelon leſdictes corrections additions ⁊ ordre miſe par noſtredict conſeiller et preſident ſans expres vouloir et conſentement de luy. Et ce ſur certaines et grans peines auons a appliquer ⁊ de perdre leſditz liures ⁊ tout ce quilz y mettroiēt. Car ainſi nous plaiſt il eſtre faict. Non obſtant quelzcōques lettres ſubreptices impetrees ou a impetrer a ce cōtraires. Donne a Bloys. le. xxi. iour de Septembre. Lan de grace mil cinq cens ⁊ dixneuf. Et de noſtre regne le cinqueſme.

¶ Par le roy a voſtre relation.

Des Landes.

¶ Ex Joanne de Trittenhem abbate Spanhemenſi.

Joannes de turre cremata ordinis fratrum predicatorum eps Sabinenſis: ⁊ ſacroſancte eccleſie Romane preſbyter cardinalis: vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus: et declamator ſermonū egregius: ingenio promptus: et apertus eloquio. Scripſit ingenij ſui multa opuſcula: quibus nomen ſuum notificauit. De quibus ſubiecta feruntur. Ad Arſenium monachum Cenobij ſancti Benedicti (quod ipſe in cōmendis habebat) opus magnum: et non abijciendum compoſuit.

In regulam ſancti Benedicti:	lib. j.	Quoniam adiuuante domino noſtro.
In pſalterio toto:	lib. j.	Beatiſſimo patri: et clementiſſimo.
In euāgelia dominicalia queſtiones:	lib. j.	Sacro et colendiſſimo.
In euangelia de ſanctis queſtiones:		
De aqua benedicta:	lib. j.	Iniungit mihi nuper. R. P.
De ſalute anime:	lib. j.	Docet nos diuina ſcriptura.
Sermones de tempore:		
Sermones de ſanctis:		

Et alia complura. Claruit ſub Federico imperatore tertio: Et Pio et Paulo ſummis pontificibus. Anno domini. M. cccc. lx.

¶ Scripſit et preſens opus ſuper toto Decreto: tractatum de Penitentia: et alterū de Conſecratione: ſcripſit Nicolao quinto: Diſtinctiones vero et Cauſas Caliſto tertio ſummis pontificibus. Ipſe ab Eugenio quarto in patrum collegio adaptatus: et pleraque alia: vt tractatum de Eccleſia: et contra Bohemorum hereſes: ⁊ contra Valdenſes.

¶ Ex Raphaele Volaterrano.

¶ Joannes de Turre cremata Hiſpanus magiſter ſacri palatij tituli ſancti Sixti: tempore et ipſe Conſtantienſis concilij ſcripſit in Pſalmos: vite alioqui abſtinentia precipua.

¶ Habitum ſuſcepit in conuentu predicatorum in Valle oleti: vt ipſemet teſtatur in tractatu de penitētia: diſtinctione prima. in. §. item in leuitico. numero. 78.

¶ Illud ſcias velim quia in pleriſque locis ipſe author ſibijpſi ſummaria fecit veluti vbi per queſtiones cedit: tūc nos ne idem bis repeteremus: propoſitionibus queſtionum numeros appoſuiſſe: qui ſummarij vice ſequentibus correſpondeant numeris.

¶ Reuerendi in Chriſto patris dñi Joannis de Turre cre‑
mata ordinis fratrum predicatorum Sabineñ epiſcopi: ac
ſacroſancte Romane eccl'ie preſbyteri cardinalis: Tituli ſan‑
cte Marie trans Tyberim vulgo dicti cardinalis ſancti Siſ‑
ti Commentaria ſuper aureum Decretum domini Gratia‑
ni feliciter incipiunt.

a ¶ Preſbyter cardinalis. Cardinales p̃ſbyteri habent titulos: ſed nõ cardinales nõ p̃ſbyteri. Gal. in addi. Spe. in titu. de li bel. concep. § vẽ. preſbyter. ꝛ ibi ſpecu. in. §. iam nunc. el. ij. poſt princi. Hoſti. in. c. ante. de elec. Et an poſſint vti inſignijs epi: vide Joan. an. in. c. j. de ſup. neg. p̃la. in glo. ſi. Nec poſſũt deponi niſi conuincãtur. lxxiij. teſtib⁹ c. p̃ſul. ij. q. iiij. Nec põt quis ſimul eē epũs cardinalis ꝛ preſbyter cardinalis pre poſi. in. c. j. xxiij. diſtic.

¶ Materia libri decretorum.

Anctiſſimo et beatiſſimo patri: ac cle‑
mentiſſimo domino: Do‑
mino Caliſto diuina proui‑
dentia ſancte ꝛ vniuerſalis
eccleſie pape tertio: humi‑
lis ac deuotus ſanctitatis
tue ſeruus Joãnes de tur‑
re cremata: Tituli ſancte
Marie trans Tyberim:
ſctẽ Romane eccl'ie preſby‑
ter Cardinalis⁹ ſcti Siſti a
vulgo nũcupatus ſeipſum humili cõmendatiõe premiſſa ad
pedum oſcula beatorum. ¶ Cogitãti mihi beatiſſime pater
ꝛ pontifex maxime: cũ de magiſtro ſcholarũ ſacripalatij ad
cardinalatus apicẽ me diuina (vt arbitror) vocatione intelli‑
gerem ſublimatũ: cum ocio qḋ maloꝝ omniũ parens eſt: va‑
candum nõ eſſet: nec varijs ſtudijs immorãdum. Quoniã vt
ait Seneca noſter ad Lucillum. Certis ingenijs immorari: ꝛ
nutriri oportet: ſi volumus aliquid trahere qḋ in animo fe‑
liciter ſedeat: quibus ſtudioꝝ exercitijs operam darem: que
me a theologice ſapientie (quã fragrãtiſſimo deſyderio a iu‑
uentute amaui: ꝛ exquiſiui) ſtudio nõ reuocaret: ꝛ dignitatẽ
ipſam ampliſſimã (ad quã licz immeritus aſſumptus eram)
accumulatius exornaret: ꝛ officio illius (qḋ in eccleſia preſtã‑
tiſſimũ eſt) fructuoſius accederet. Ordo quidem reuerẽdiſſi‑
moꝝ patrum dñoꝝ cardinaliũ ad totius rei publice chriſtia‑
ne curã peragendaz diuina diſpoſitione inſtitutus cenſetur.
1 ¶ Unde a cardine cardinales: quõ eoꝝ cõſilio ꝛ prouidẽtia to‑
tius eccleſie gubernacula quaſi in cardine verſant: ꝛ guberne‑
2 tur. ¶ Occurrit liber aurei voluminis decretoꝝ a mgr̃o Gra‑
tiano ex probatiſſimis ſanctoꝝ patrũ ꝛ clariſſimorũ doctorũ
ſentẽtijs: tanq̃ ex lucidiſſimis margaritis: aut ex redolẽtiſſi‑
mis floribꝰ accuratiſſime: ſapiẽterq̃ collectus: qui liber ꝓ ad‑
mirabili eius rerũ cõtinentia ꝛ maieſtate viſus eſt pre ceteris
poſſe deſyderio meo plenius reſpõdere. ¶ Tractatur quidẽ
in hoc libro de altiſſimis ſummiſq̃ theologie apicibus. Hic
eñ de ſumma adorandaq̃ trinitate pſonarũ: ꝛ varijs appro‑
priatis earũ. de conſe. diſt. iij. c. vlti. Hic de pceſſione ſpũſſctĩ:
q̃ a patre ꝛ filio ſimul eternaliter pcedat. de cõſe. di. vlti. c. vi.
Hic de infallibilitate diuine preſciẽtie ꝛ pdeſtinationis. xxiij.
q. iiij. c. obtineri. ꝛ c. nobis ſequẽ. Hic de ſingulis fidei noſtre
articulis: quid vnuſquiſq̃ orthodoxus firmiter credere de‑
beat. diſt. xxiij. c. qui eps. Hic de creatione et ſublimitate na‑
ture angelice: ꝛ miris celeſtiũ hierarchiarũ ordinibus. de pe.
diſt. ij. ante ſi. Hic de nobilitate hominis ꝛ eius formatiõe ad
imaginẽ ꝛ ſimilitudinem dei: ac de lugubri eius caſu. de pena.
diſtinc. ij. §. romanus. Hic de ineffabili diuine incarnationis
myſterio. diſt. lvj. c. nalci. Hic de paſſione chriſti: qualiter per
vnã eandẽq̃ mortis paſſionẽ ſemel ſaluauit mũdum. de cõſe.
diſt. ij. c. iteratur. Hic de ſeptẽ ſacramentis: que languẽtium
animaꝝ medicamẽta ſalubria predicitur. De baptiſmo qui‑
dem. de cõſe. di. iiij. per totũ. De ſacramento cõfirmationis.
de cõſe. diſt. v. ca. j. ij. et iij. De admirabili euchariſtie ſacramẽ‑
to. de cõſe. diſt. ij. per totũ. De ſacramẽto ordinis fere a diſt.
lx. vſq̃ ad finem diſtinctionũ. De ſacramẽto extreme vnctio‑
nis. diſt. xcv. c. illum. De ſacramento penitẽtie in tractatu de
penitẽtia. De ſacramento matrimonij a. xxvij. cauſa vſq̃ ad
tractatum de cõſecratione. Amplius omnes quaſi hiſtorias
biblie memoratu vtiles hic repetitas inuenimus. ¶ Ceterũ
in hoc decretorũ libro de virtutibus theologicis ampliſſime
pertractatur. Et quid plura? Uniuerſa plane theologice ſa‑
pientie dogmata (que ad fidem catholicã nutriẽdam: fouen‑
dam defendendãq̃ ptinent: ꝛ ad hereticoꝝ cõfutandos erro‑
res) in hoc aureo decretoꝝ volumine magna ex parte conti‑
nentur. Preterea tota fere philoſophia moralis in hoc libro
cõtineri videtur: cum de omnibus virtutibus (que ad oĩum
chriſtiane religionis ſtatuum cõponendos: exornãdoſq̃ mo‑
res ſpectãt) copioſe loquaf. Continet inſup canones tã apo‑
ſtoloꝝ: q̃ ſanctoꝝ patrũ in ſacris concilijs editos: et decreta
ſummoꝝ pontificũ: ꝛ authoritates ſanctoꝝ doctoꝝ: in quibꝰ

docetur: quid religioni cõueniat: quid diſcipline cõgruat: qḋ
ſaluti proficiat: omniq̃ conditioni hominũ regulam vite tri‑
buat: ꝛ diſcipline. Jta vt omne qḋ ad ſalutem hominũ perti‑
neat: ꝛ ad eccleſie beatũ regimẽ in hoc libro tãq̃ in theſauro
quodã ſapientie ꝛ ſcientie cõtineatur. Hec profecto admira‑
bilis huiꝰ libri amplitudo accõmodatiſſime doctrine: rerũq̃
contẽtarum veneranda maieſtas ad eius ſtudium pariter et
amorẽ animũ meum inflexit. Uerũ beatiſſime pater ꝛ clemẽ‑
tiſſime domine cum iuxta rerũ contentarũ in hoc aureo de‑
cretorũ volumine excellentiã maieſtatẽq̃ doctores qui offi‑
cio illud explanandi perfuncti ſunt: quos ego legere potui:
multis in locis minus ſufficienter: aut etiaz quãdoq̃ iudicio
meo ne vere interpretati ſunt: ad ſcribendũ aliquid ſuper eo
(maxime vbi theologica magis q̃ iuridica materia occurrit
iuxta clariſſimoꝝ theologoꝝ ac philoſophoꝝ ſententias) mul‑
torum amicoꝝ precibus inuitatus animũ inclinaui. licz impe‑
ritie mee memoriꝛ infirmitatũ frequẽtiũ cognoſcerem meis ¶ Reddit rõnes tres q̃re hoc opꝰ ediderit.
¶ viribus maiora tẽtarẽ. Sed ſperans in deo adiutore noſtro:
qui cathedram tenens in celis: corda hominũ docet in terris
omnes ipſiꝫ ſubijcẽs: ad qḋ inter ea que iam dicta ſunt plura me
induxerũt. Primo vt lucerna ſplendida multiformis ſapien‑ Prima rõ.
tie in hoc aureo decretoꝝ volumine contẽta: que ob penuriã
ſufficientis explanationis videbatur ſub modio quaſi poſi‑
ta: pleniori interpretatione illuſtrata: quaſi in excelſo cande‑
labro collocata plenius: ſplẽdidiuſq̃ luceret omnibus qui in
domo dei ſunt. Secũdo deſyderio proficiendi pluribus. quũ Scḋa rõ.
ſciam: q̃ nemo naſcitur ſibi ſoli: cupio cum Seneca noſtro in
quadã epiſtola. Omnia que ſcio in aliũ trãſfundere: ꝛ in hoc
gaudeo aliquid diſcere: vt docẽ. maxime cũ certus ſim hos
meos labores plurimã vbertatem laturos ſtudere cupienti‑
bus in hoc aureo volumine Decretoꝝ. ¶ Jnuitauit me pre‑ Tertia rõ.
terea et me letiſſimũ ad hanc ſubeundam prouinciam traxit
b premiũ ipſum multiplex: qḋ laborantibus in vinea dñi diui‑ b ¶ Premiũ
ne liberalitatis diſpenſatio cõſtituit. Primũ eſt immortalis Premiũ q̃ meretur nõ debet habere diſpẽdiũ
glorie apud ſeculum preſens: ꝛm illud qḋ ait ſapiens Sapiẽ‑
tie. viij. B. Habebo propter hãc claritatẽ ad turbas: ꝛ hono‑
rem apud ſeniores. et. j. C. Habebo propter hanc immortali‑
tatẽ: ꝛ memoriã eternã his qui poſt me futuri ſunt relinquã.
Secundũ ꝛ principale ꝛ maximũ eſt: vite eterne adeptio quã
dei ſapientia ſe illucidantibus repromittit Eccli. xxiiij. C. Spec. in ti. de inq̃ſitio. §. j. vñ. porro.
Detractoribus aũt ꝛ ſubſannatoribus (ſi quos forſan labor
noſter habiturus eſt) hoc tantum reſpondendũ putaui qḋ
Hieronymus ſuper Ezech. ſuis reſpondendũ inſtituit. q̃ ne‑
mo eos compellat: vt ſcribant. Uerum beatiſſime pater cum
opus ipſum incohoaſſem: exordiens a diſtinctionibus: et vſq̃
ad octauã lucubrando perueniſſem: videns me cõfectum ma‑
lis ac ſenio: multiſq̃ laboribus fatigatũ: extimui metam tãti
operis contingere poſſe. Quare dimiſſo quem conceperã or‑
dine: p ſuaſuſq̃ amicoꝝ cõſilio ad ſcribendũ ſup tertia parte
Decreti: que dicitur de cõſecratione: me contuli. Et hoc non
abſurde: q2 affinitate ſcientie theologice (quã profiteor) faci‑
lior mihi ad ſcribendum erat. quo pro ingenio meo optime an‑
te diuina gratia abſoluto: ad explanandũ tractatũ de penitẽ‑
tia eadem cauſa inde proceſſi. quos dictos libros q̃tum diui‑
na gratia animũ meum illuſtrare dignata eſt ſic cõſummatos
fere Nicolao quito (qui in ſacra pagina doctor maximus cla‑
ruit) examinandos corrigendoſq̃ pſentaui. Quibus ita de‑
curſis cum omnipotẽtis clementia (poſt grauiſſimas egritu‑
dines: quibus laborauerã: bona valetudine donatum me ſen‑
tirem) ad proſecutionem tractatus diſtinctionũ: vnde longe
fueram digreſſus: de diuine pietatis auxilio confiſus: inex‑
plicabili cum deſyderio regreſſus ſum. Quem iuxta ingenij
mei imbecillitatem proſecutus: probabiliores doctoꝝ ſenten‑
tias complecti ſemper conatus ſum: aliquas materias inta‑
ctas pertranſiens: aut q2 minus vtiles viſe ſunt: aut q2 iuriſta‑
rum magis q̃ theologi diſcuſſionem expectent. Quo diuine
gratie munere etiã laborioſiſſime cõſummato cum in eo plus
iuris humani: q̃ diuini materia redoleat: illum ſanctitati tue
examinandũ: corrigendũq̃ debita cum reuerẽtia inſtitui offe‑
rendum. qḋ maxime ad te pertinet: tam pro ſublimitate apo‑
ſtolici throni: in quo iudex vniuerſe eccleſie digniſſime ſedes:
q̃ pro magnitudine ſapientie tue: que profecto tãta eſt (ma‑
xime in his rebus in huius operis gremio contẽtis) vt die‑
bus noſtris lucerna vtriuſq̃ iuris: ꝛ fons quidam ſapientie
merito cenſearis. vt celeſti diſpẽſatione digniſſime tibi videa‑
tur in fonte baptiſmatis nomen impoſitum Alfonſus Bor‑
3 ia. ¶ Alfonſus quidem vulgari interpretatione quaſi altus Alfonſus vñ dicaf.
fons dicitur. Borꝛ iuxta Hierony. in quo robur: in quo vir‑
tus interpretatur. Jca dominus: vel dominator. vbi ſapiẽtie Ubi boria.

Diuiſio.

Peruenit. Sequitur ad idem probandum hoc. c. concilij calcedonen. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat qualiter fuit relatum ſacro concilio: qꝫ quidam epiſcopi ſine authoritate pape per imperialem conſtitutionem unam prouinciam diuidunt in duas partes. Et ita duo metropolitani in una ꝛ eadem prouincia inueniebantur. In ſecunda ponit contra hoc ſtatutum concilij. ſcḋa ibi: ſtatuit. Lege. ¶ Peruenit pragmaticam ſacram]. i. imperiale reſcriptum ꝛ ſacrū dicitur reſcriptum principis quod dicitur pragmaticum. i. cum cauſe cognitione inter proceres factum. ꝛ pragma enim dicitur cauſa. quia ſine cognitione cauſe fieri nō debet. unde pragmatica ſanctio dicitur cauſa in conſiſtorio principis uentilata inter proceres ſacri palatij. Conſtitutio etiam principis facta cum cognitione cauſe dicitur pragmatica ſanctio. Hu. ꝛ glo. Et ex hoc ar. ꝛ ex facto imperatoris non mutantur iura eccleſiaſtica. ar. diſtin. x. lege. Et eſt ar. ad queſtionem de legitimatiōe facta ab imperatore qꝫ licet imperator legitimauerit uel ad tale conſenſerit: non tamen ualet: uel prodeſt: niſi quātū ptinet ad ſuam iuriſdictionem ſcilꝫ ad ſucceſſionem ꝛ huiuſmodi ſed in his que pertinent ad eccleſiaſticam cenſuram non ualet. unde talis licite repellitur a promotione niſi eccleſiaſtica legitimatio interueniat. Hu. ꝛ glo. [Statuit] ſcḋa pars. [attentauerit] propria authoritate: uel principis.

Exponit literam.

1 2 3

Hactenus. In hoc. §. tranſitus eſt: quo dictis dicenda continuantur. Et ſic eſt finis diſtinctionum. Deo gratias. Amen.

FINIS.

¶ Explicit opus domini Joan. de turre cremata preſbyteri cardinalis tituli ſancte Marie Trans tyberim: ſcti Sixti vulgariter nuncupati: ordinis predicatorum: ſuper tractatum diſtinctionum decreti quod compleuit Rome anno ſalutis M. cccclvij. quarta Junij.

Regiſtrū.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P.
Omnes ſunt quaterniones: exceptis. O. et. P. ternionibus.

¶ Lugduni apud Joānem de Jonuelle dictū Piſſon menſe Septembri: Anno Milleſimo qngenteſimo decimonono.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA